Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/315544

11.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER

MATH. MAG., PHIL. NAT., MED. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ANTONIUS MICHAËL HERMANUS CAROLUS KOCK.

ex pago Heemsteden.

A. D. VII JUNII, A. MDCCCLIII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

P. W. VAN DE WEIJER TYPIS MANDAVIT.

MDCCCLIII.

THESES.

I.

Non assentior summo Cujacio (obsv. v. 6.) licere privignam habere concubinam, et de ea tractari in l. 16 § 1 D. de his qui ut indignis.

II.

Lex 13 § 3 Dig. de acceptilatione nulla indiget emendatione, sed minime ex ea lege cum Vangerow statuendum est, fructum sine usu indirecte constitui posse.

III.

Regula, locus regit actum, ex fragmentis in corpore juris civilis servatis, probari nequit.

IV.

Locator non habet jus pignoris in frivola secundi conductoris, neque habet pignus pignoris.

V.

Maritus si peregrinus factus est, tamen uxor non amittit civitatem.

VI.

Domicilium quod defunctus sibi elegit, non transit ad heredes.

VII.

Dominus ab usufructuario non potest compelli ad graviores refectiones.

VIII.

Traditio ut heredes singularum rerum dominium acquirant, post hereditatis divisionem requiritur.

IX.

Probatio justam causam in conventione adesse, quamquam expressa non est, incumbit actori, qui executionem conventionis petit.

X.

Recte in articulo 20. in fin. C. M. addita sunt verba „zonder dat hij ooit tot de teruggave verpligt zij."

XI.

Si in cambiis nulla mentio temporis solutionis facta est, cambium ad visum haberi debet.

XII.

Ex art. 321 C. M. constat derelictionem posse locum habere tam ex obligationibus ex contractu quam ex delicto.

XIII.

Ex Articulo 825 C. M. patet judicium universale in nostra lege non adesse.

XIV.

Peregrinus reus in prima instantia actor in appellatione cautionem quae dicitur judicatum solvi, praestare non tenetur.

XV.

Delictum quod effectu caruit eadem poena affici debet, qua crimen consummatum.

XVI.

Officiali publico munere abutenti, recte resisti potest.

XVII.

Conatus falsi testimonii non puniendus est.

XVIII.

Homicidium a marito in uxorem admissum propter adulterium, non excusandum post separationem thori et mensae.

XIX.

Artt. 52, 53, 467, 469. C. Pen. minores quoque tenent.

XX.

Recte dicit SAY (*Cours compl. d'Oecon. Pol.* Tom. II. p. 244). Un peuple qui prospère, doit-être regardé plutôt comme un ami utile, que comme un concurrent dangereux.

XXI.

Usum machinarum humano generi prodesse affirmo.